

## Werk

**Titel:** Gemmarum Et Lapidum Historia

**Autor:** Boot, Anselmus Boetius

**Verlag:** Maire

**Ort:** Lugduni Batavorum

**Jahr:** 1636

**Kollektion:** Antiquitates\_und\_Archaeologia; Antiquitates\_und\_Archaeologia\_ARCHAEO18

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN643798072

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN643798072>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=643798072>

**LOG Id:** LOG\_0003

**LOG Titel:** Viris Amplissimis, Prudentissimis que ...

**LOG Typ:** dedication

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*Viris Amplissimis, Prudentissimisque,*  
D. GULIELMO BONTIO, I. C. &  
Prætori.

D. IOANNI RIPPARDI à Groenendijck.

D. GERARDO à LANSCHOT, Med. Doct.

D. GULIELMO MOERBERGEN, Med. Doct.

D. ROBERTO à ROSSVM.

*Vrbis Leydensis Consulibus.* Nec non eiusdem Reip.  
SCABINIS dignissimis.

Et

D. JOANNI WEVELICHOVIO, I. C. *Vrbis*  
*Leydensis Syndico, & Curat oribus à Secretis.*

MARTINUS TOLLIVS, & JOANNES VERBVRGH,  
Petri TOLLII, A.T.F. tutores,

*Felicitatem vovent.*



NSFELMI BOETII lapidum  
gemmarumque historiam, nunc  
denum perfectionē ac nitorem  
suum adeptam, nomini Vestro in-  
scribi nemo mirabitur, nisi alte-  
rum eius operis parentem TOL-  
LIUM qui ignorat: cuius caussa tot impleta la-  
chrymis verba, ab iis, quibuscumque opera ipsius  
usui esse poterat. Dixeratis illum, grassante per  
universam civitatem Vestram gravi adeo pesti-  
lencia, Medicum urbis, quo ægrorum, penuria

(?) 2

pres-



## E P I S T O L A

prefforum, iusta haberetur cura. Qua in re ut  
 prudenter à Vobis factum, ita & ipse maxima di-  
 ligentia, donec vixit, suam exornavit Spartam.  
 Nec aliter debuit, nec voluit civis Leydenfis,  
 & sui Magistratus cultor. Neque suo fuisset one-  
 re oppressus, nisi aliter omnium rerum Admini-  
 stratori visum fuisset. Tanta enim in ipso animi e-  
 rat magnitudo, ut moriendum potius duceret,  
 quam id, quod semel impositum erat, aut prop-  
 ter perfidiam abiiceret, aut propter infirmitatem  
 animi deponeret. Nec alium res fortita eventum  
 fuit. Vix enim quatuor & decem in munere suo  
 implerat dies, cum ipse, lue correptus, extremum  
 D E O Spiritum reddidit; eo profecto felicior, eo  
 quod in pio & periculoso opere, cæteris detre-  
 ctantibus, propriam salutem Reipublicæ postha-  
 buerit. Nos ille testamento ultimæ voluntatis  
 executores reliquit: & inter alia verborum hoc  
 fuit, Amplissimo nomini Vestro hunc ut inscri-  
 beremus librum; luculentissimis Commentariis  
 à se illustratum auctumque, cuius etiam figuras, à  
 negligenti ante & inculta manu, propriis sumpti-  
 bus ad vivum à politissimo exactissimoque arti-  
 fice exprimi curaverat, easque altera fere parte  
 auctiores, persuasissimum habens, siquid in gem-  
 meo hoc ac splendido opere, seu operis structore,  
 desiderari posset, id porro à Vestro splendore,  
 splendorem mutuaturum suum: gnarus specu-  
 lum à Sole illustratum longius suos emittere ra-  
 dios. Cuius cum fuerit auctor opinionis, nequa-  
 quam nostrum est resilire ab eius instituto: & si  
 velle-



D E D I C A T O R I A .

vellemus, nec digniores Vobis reperire, nec aliis iustius dedicare poteramus. Subditus non solum fuit, sed civis, Vestra in urbe natus & educatus, Vestro etiam probatus iudicio. Et ut antea B O E T I U S , C Æ S A R E Æ M A I E S T A T I S , Medicus non alteri opus suum dedicavit: ita & T O L L I I conamina non nisi vobis debentur. Paratus enim vobis ad omne obsequium vixit, nec alia morientis mens fuit. Faxit D E V S omnipotens, Amplissimi Prudentissimique Viri, multi tales vobis obtingant subditi, quo summa in felicitate civitatem Vestram regere valeatis.

*Lugduni Batavorum* VI. Kal. Ianuarias, Anno C I C I C C . X X X V I .

( ? ) 3 I N